

# VOX URBIS

## DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Premium annuae subnotationis, *ante solvendum*, in Italia est Libellarum 10;  
ubique extra Italiam Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7  $\frac{1}{2}$ .  
Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis  
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem

ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

**Subnotatio fieri potest:**

**IN ITALIA**

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC. Apud BURNS AND OATES  
ROMAE, Via Santa Chiara, 20-21. LONDON W. - 28, Orchard Street.

**IN BELGICA**

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.  
BRUXELLES, Rue de la Montagne, 52.

**IN ANGLIA**

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC. Apud BURNS AND OATES  
LONDON W. - 28, Orchard Street.

**IN GALLIA**

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE ET SOC.  
Rue Victor Hugo, 5

**IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAE SEPTENT.**

Apud COMMISSARIATUM OF THE HOLY LAND.

**IN HUNGARIA**

Apud C. B. LIPTAY, CORRESP. DE HONGRIE  
BUDAPEST, Palais du Théâtre National.

**RERUM INDEX**

|  |      |      |      |                     |
|--|------|------|------|---------------------|
| INDICTO LITTERARUM CERTAMINI ADDITI DIES                     | .... | .... | .... | Vox Urbis.          |
| AD LEONEM XIII PONTIFICEM MAXIMUM                            | .... | .... | .... | D. Card. Iacobini.  |
| DE BELGICIS PERTURBATIONIBUS                                 | .... | .... | .... | Romanus.            |
| DE LUDIS DISCENDI APUD ROMANOS                               | .... | .... | .... | I. Iachino.         |
| IOSEPHI PARINI NOTITIA CENTESIMO VERTENTE ANNO AB EIUS OBITU | .... | .... | .... | D. Tamilia.         |
| EX HELVETIA — De Sancti Mauriti Agaunensis monasterio        | .... | .... | .... | A. Sordet.          |
| TITIANI VECELLI TABULA DEIPARAM IN CAELUM ASSUMPTAM REFERENS | .... | .... | .... | X.                  |
| VOLATURUSNE HOMO?  | .... | .... | .... | H. D. V. Pieralice. |
| NOVA URBS IN GLACIALI OCEANO CONDITA                         | .... | .... | .... | A. Costaggini.      |
| VITA FUNCTI VIRI CLARIORES                                   | .... | .... | .... | C.                  |
| OPERARIORUM CONDITIO APUD DANOS                              | .... | .... | .... | A. Vieillot.        |
| ANNALES  | .... | .... | .... | Poplicola.          |
| PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS                    | .... | .... | .... | Scriba.             |
| LIBRORUM RECENSIO  | .... | .... | .... | I. F. - H. P.       |
| AENIGMATA  | .... | .... | .... | C. A. Melander.     |

In tertia operculi pagina:

|   |      |      |      |         |
|---|------|------|------|---------|
| PER ORBEM   | .... | .... | .... | Viator. |
| VARIA: Quid in russis vaporitrahis pro Deo — Quae amittantur facilius — | .... | .... | .... |         |

Lepidum repertum — Ioci

....

P. d. V.

— ROMAE  
EX OFFICINA FORZANI ET SOCII  
M DCCC XCIX

## COMMENTARII "VOX URBIS,, INDICES SINGULI

### IX num. ann. II.

Kalendas Maiae - A. MARTINI.  
Val-des-Bois - H. D. V. PIERALICE.  
De canoris nugis - P. ANGELINI.  
Maius in agro, in templo - FRANC. XAVERIUS REUSS.  
Sartor iudeus poeta - D. TAMILIA.  
Marianus Armellini eiusque scripta inedita - *Vox Urbis*.  
De ritibus exequiarum in antiqua Ecclesia - MARIANUS ARCELLINI.  
Caecilius Rhodes - I. ANTONELLI.  
Ferreis axibus stratae viae per Africam - SCRIBA.  
De Pontificiis Cappellis - SENIOR.  
Floralia - A. COSTAGGINI.  
Expressi in humano sermone mores animallium - X.  
Sapientum inventa - L. M.  
Ex Gallia. Victoriae, Anglorum reginae, vitae consuetudo Niceae ad Varum - A. VIEILLOT.  
Divae Fortunae codex - LAELIUS.  
Annales - POPLICOLA.  
Librorum recensio.  
Aenigmata - DIGAMMA.

*In secunda operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: *Semper in mordacem Horatius - Canes bene de humano genere meriti - Novae aurifodinae - Ioci* - P. d. V.

### X num. ann. II.

Ingruit hora - JOSEPH TONILO.  
De coloniis Germanorum - P. ALT.  
De theatris adeundis - I. ANTONELLI.  
De versibus latinis ad italicum numerum - P. ANGELINI.  
Solatia in adversis, moderamen in prosperis - J. SERIK VITINSKY.  
Ludi et festa mensis Maii - D. TAMILIA.  
De morbo cui vulgo ab *influenta* nomen - Dr. L. KAUL.  
Haga urbs - ALPHA.  
Alafridus Krupp - A. COSTAGGINI.  
Ave Maria - N. FILONARDI.  
Acta Sanctae Sedis. - Indictio Universalis Iubilaei Anni Sancti MDCCC - THOMAS.  
Vita functi viri clariores - C.  
Telegraphica signa nullo adhibito metallico conductore transmissa - L. M.  
Turriti galeri fasta et nefasta - A. VIEILLOT.  
Frustula - FORFEX.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Librorum recensio - H. P.  
Quaestiones inter socios propositae. - II. De novis verbis - H. EWARTH.  
Aenigmata - DIGAMMA.

*In secunda operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: *Electridis ad conciliandum somnum usus - Europae quid solis et lucis, quid umbrae et pluviae? - Novum chartae elementum - Barba patriarchalis quanta* - P. d. V.  
*Epistolarum commercium* - A. SECRETIS.

### XI num. ann. II.

Episcoporum Americae Latinae Concilium in Urbe congregatum - EUCALYPTUS.  
De Anno Sancto qui dicitur iubilaei - H. DE VECCHI-PIERALICE.  
De prima puerorum institutione apud Romanos - I. IACHINO.  
Angelus et infans - F. X. REUSS.  
De spectaculorum pernicie - I. ANTONELLI.  
A trahea ad currus "auto-mobiles" - SENIOR.  
Eucharistici triumphi - P. PASQUALI.  
Ex Batavia - M. L. MICROVIR.  
De Collegio Pio Latino Americano Romae instituto - ALPHA.  
Lazarus Spallanzani - A. COSTAGGINI.  
Nova ad septentrionem profectio - X.  
In herbam nicotianam - D. MACRAE.  
Liberalium artium opera Venetiis nunc collecta atque publice exhibita - A. L.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Librorum recensio.  
Aenigmata - I. SULLIVAN.

*In tertia operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: *Utilitas chronologiae - Ioci* - P. d. V.

### XII num. ann. II.

Auspicio de Europae bellis vel pace - ROMANUS.  
De recenti morbo et restituta valetudine SS. D. N. Leonis PP. XIII - Dr. Ios. LAPPONI.  
De optimis scriptorum graecorum et latinorum editionibus - F. RAMORINO.  
Catholicum athenaeum Insulense - D. TAMILIA.  
De curribus electrica virtute actis - L. M.  
Parens iustitia pacis - A. BASILI.  
Ex Batavia - MICR.  
Male feriantes Belgae operarii - A. VIEILLOT.  
De aedibus Ss. martyrum Ioannis et Pauli in clivo Scauri - SENIOR.  
Aemilius Castelar - A. COSTAGGINI.  
Vita functi viri clariores - C.  
Frustula - FORFEX.  
Americanii Concilii ritus - X.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Quaestis responsio - H. D. V. PIERALICE.  
Librorum recensio - H. P.  
Aenigmata - C. MANCINI.

*In tertia operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: *Athenaei praeses natu minimus - Ephemeridum scriptorum fata* - I. A. — *Domuspolis - Quid necessit spectantibus curationem leonum* - P. d. V.

### XIII num. ann. II.

In Ioannem Baptistam Grossum praepositum curiae Ioanniana Braidenium apud Subalpinos annum xxv sacri muneris agentem - I. B. GANDINUS.  
Ex Sinensium imperatoris recenti decreto quaeradum cogitate inferuntur - EUCALYPTUS.  
De dramatis emendandis - I. ANTONELLI.  
Veteres athenaeorum mores - A. COSTAGGINI.  
In festum sancti Petri apostoli - F. X. REUSS.  
Ferreum iter Transiberianum - A. LUZZANI.

De memoriis apostolorum Petri et Pauli in urbe Roma - H. MARUCCHI.  
De sericis textilibus arte confectis - LAELIUS.  
Petrus Parenzo - A. FUMI.  
De consistorio - H. D. V. PIERALICE.  
Numen ubi?... - A. BASILI.  
Carolus Nocella patriarchatus Antiocheni titulo decoratus - F. PELLEGRINI.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Librorum recensio - I. F.  
Aenigmata - DIGAMMA.

*In tertia operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: *Singularis tessera - Deambulatio per aquas - Ferrumne ex paleis? - Londinenses in Britania - Medici Lutetii Parisiorum - Ioci* - P. d. V.

### XIV num. ann. II.

Ibidus Iuliis MCXCIX - ROMANUS.  
Hierosolyma urbs capta (Ex opere G. Tyrii cui titulus: *Belli Sacri Historia*).  
De populari ingenuarum artium ratione - I. ANTONELLI.  
Constantinus Christomanus eiusque opus, cui titulus *Tagebuchblätter*, I. Folge - C. DE PACIS.  
Ad Laurentium Perosium musicum clarissimum - A. ARTIOLI.  
De Nova Zelandia - H. A. STRONG.  
Arcendae ebrietatis ritus apud maiores - LAELIUS.  
De memoriis apostolorum Petri et Pauli in urbe Roma - H. MARUCCHI.  
Maximum inter animalia Brontosaurus - H. DE VECCHI-PIERALICE.  
Episcoporum Americae Latinae Concilium in Urbe congregatum.  
Vita functi viri clariores - C.  
Frustula - FORFEX.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Ludi veteres et recentiores - ALPHA.  
Aenigmata - M. FUSCUS.

*In tertia operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: *Beneficia etiam ferae sentiunt - SALPA QUI. - Ioci* - P. d. V.

### XV num. ann. II.

De hagano conventu circa pacem - EUCALYPTUS.  
Mores iuvenum Germanorum studiis vacantiis - A. COSTAGGINI.  
De telegrapho apud veteres Graecos - D. TAMILIA.  
In Vincula S. Petri Apostoli - F. X. REUSS.  
Europaeorum in Africa coloniae - LAELIUS.  
De Portiunculae templo apud Assisium - H. D. V. PIERALICE.  
Didacus de Silva y Velasquez - I. ANTONELLI.  
Ex Italia. Novocomensis de electride et sericis publica recognitio igne absumpta - A. L.  
Stela in Romano Foro effossa - ROMANUS.  
Annales - POPLICOLA.  
Publici per orbem coetus legibus ferendis - SCRIBA.  
Aenigmata - A. MORCHIO.

*In tertia operculi pagina:*

Per orbem - VIATOR.  
Varia: *Cur Tertius dictus est Napoleon - Equi nullius - Iustitia claudicans?* - Ioci - P. d. V.

# VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:  
In Italia: Lib. 10 — Ubique extra Italianam:  
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:  
ARISTIDES LEONORI, eques.  
ROMAE - Via Alessandrina, 87.

## INDICTO LITTERARUM CERTAMINI ADDITI DIES

LITTERARIUM de scribenda latino eloquio narratione, praemiis constitutis, certamen, kalendis Ianuarii, sociis proposuimus nostris, simulque Iulium mensem constituimus, quo exarata a singulis opuscula mitterentur.

Quinque narrations accepimus, in fronte voluminis ac secretae epistolaris thecae dicta haec praeseferentes:

1. Excellentissima virtus iustitia.
2. Cursu peto ardua montis.
3. Spes animos auget.
4. Qui cupid optatam cursu contingere metam,  
Multa tulit felisque puer, sudavit et alsit.
5. Inter naturam et artes.

At una cum opusculis plures sunt redditiae epistolae, in quibus una vox fuit ac deprecatio, ut adderentur utiles missuris dies, quum plerique suis curis districti, vel nondum incepta absolverint, vel absoluta non emendaverint: idque se vel aestivis feriis, vel autumnalibus otios facere posse affirmaverint.

Nihil adeo nobis insuetum est atque invisum quam sumnum illud ius, atque atrox iustitia, quae summa iniuria recte appellantur; et nihil pariter adeo triste, quam iustis sociorum desiderii, quantum quidem in nobis est, non obsequi.

Morem itaque gerentes potentibus, constituto certamini adeundo utile tempus, fatalem diem Octobris ultimam decernimus ea lege, ut ex distributori sigillo constet opusculum pridie kalendas Novembres fuisse in Urbem dimissum.

Atque hoc quasi responsum sibi habeant ii, qui nobis ex America et Asia de re scripserunt; iuste quippe queruntur suo damno esse diuturnum iter vicesque maritimae navigationis.

Qui vero illa quinque, quae superius relata sunt, accuratiore stylo emendare voluerint, perficiant profecto, mittantque ad nos iterum opuscula. Hoc autem precamur, ne eodem titulo iterum signata prodant; nam iudices nostri areopagito quasi mori sententiam ferent, non modo vultus, sed etiam scriptorum nominis incuriosi, ut non famae, non celebritati, non loco, non genti, non generi, sed unice meritis praemium tribuantur.

Cetera de re iisdem conditionibus propositis permanent, prout in commentarii n. I, ann. II, enucleantur.

Vox Urbis.



## AD LEONEM XIII P. M.

Numinis instinctu Calpem superasse Columbus  
Fertur, et ignoto vela dedisse mari:  
Per freta, per syrtes, tenebrosa per aequora classe  
Exiguam occidua ad litora nauta tulit,  
Ut Christum victorem Americae inferret agresti,  
Molliretque feros religione animos.  
Nunc nova iactatur violento turbine classis,  
Caecaque inoffensum per vada quaerit iter.  
Non terram illa novam tentat, non quaerere regna  
Nititur, at fessas ne obruat unda rates.  
Incumbunt pelago, vastosque ad sidera fluctus  
Attollunt venti: vorlice torquet acri  
Unda furens inopum cymbas regumque triremes,  
Hucque illuc meritas, immeritasque rapit.  
Et tua per medias, o Maxime Nauta, procellas  
Urgetur crebris parvula navis aquis:  
Eia age, rumpe moras, nutu tumida aequora mulce,  
Voce fuga nubes, sol micet axe novus.  
Eia age... Sed subito pelagi cedidere fragores,  
Et rapidae venti terga dedere fugae.  
Te duce dat Zephyris classis sua vela secundis;  
Apparent portus, linteau nauta legit.  
Optati portus, statio gratissima pacis;  
Iustitia una illuc iura dat in populos.  
Hanc bona spes, hanc alma fides deducit euntem,  
Hanc sequitur castus religionis amor.  
Magne Leo, venerande Leo, tibi militat aether,  
Militat et domitis subditus austus aquis.  
Tu solem pelago revebis, maiorque Columbo,  
Non iterum Europae barbaria regna dabis;  
Nuncius at pacis, pulsata formidine, terris  
Temporis adduces aurea secla novi.  
Volvitur in gyrum iam quinquagesimus orbis  
Quo tua frons vittis est redimita sacris:  
Auguror, ante tibi festus non transeat annus,  
Quam sint auspicii somnia vera mei.

D. Cardinalis IACOBINI (1).

(1) Hanc elegiam, quam pro sua humanitate nobis edendam tradidit, Emus. vir scripsit auspiciata die xix Februario M DCCC XCIX, quo tempore Nuncii Apostolici fungebatur munere ad Aulam Olyssiponensem.



## DE BELGICIS PERTURBATIONIBUS

MERITO quidem, cum exortae recens seditiones Belgicam perturbare auditae sunt, haud multos homines effugisse putavi attestaciones vel ab adversantibus catholicam doctrinam diariis sponte prolatas, tot irarum abditas causas minime esse ex opificum egestate repetendas. Et sane proposita ab administris de iure electionis popularium oratorum nova rogatio, catholicorum factionis, ad eversa civilis societatis fundamenta instauranda, prudens consilium visum est; nil igitur mirum contrarias sectariorum turmas ad arma usque venisse, ut quovis pacto quominus lex fieret impedirent.

Insana tamen et incongrua agendi ratio est: dum quotidie, tot iam ab annis, ex quavis Europae natione contra gerendarum rerum publicarum condiciones tot querimoniae extolluntur, si quid optimi doctique viri, ut medelam afferant, aggrediantur, praedicant atque denunciant hoc medendi genere excitari partium fervorem et ad bella civilia succendi.



Quamquam et novimus satis quae fuerint iuriorum exordia retinenda, nec popularium iurium simula tutela decepti sumus; planeque perspeximus, id unum vulgi turbatorum esse consilium, propositas a catholicis rogationes frustrare, plebisque animos ab iis aversos socialistarum doctrinis magis in dies devincere.

Quorum tamen consiliorum, quae, nescio quo fato, neglectis non tantum fidei, quam et rationis et ipsius naturae documentis, concepta sunt, cuivis planum est coniectare qui sint fructus futuri.

Nulla igitur satis ampla laus est, quae doctissimis fidelibus viris tribuatur, qui diurno nocturnoque studio hodiernas civilis consortii condiciones perscrutantes, hinc ex Evangelii doctrina, inde ex historiae documentis atque ex praecipuis aetatis nostrae necessitatibus, remedia mutuari et aptare conantur. Haec inter vero, quod vulgatum iam omnes habemus, potissimum illud existimatum est, ut ad irrefrenatum in nosmetipsos studium coercendum, quo post gallicas seditiones a saeculo laboramus, iuxta civiles munera, studiorum, artium laborum ordines conveniamus, atque hodierna legislatorum eligendorum ratione omnino innovata, viris ex quovis sodalito rite delectis, reipublicae legibus gubernandae sit cura commissa.



Si enim id primum est optimae reipublicae munus, ut civibus suis singulis delabentis huius vitae officia et labores, non solum vi publica ipsa tueatur, sed quam maximis licet commodis leniores faciat, a selectis ex quovis ordine viris, qui cuiusvis vivendi generis necessitates optime calleant, longe meliori prudentia obtineri posse reputatur.

Nam et ab aliis etiam, qui non nimio partis studio flagrent, gallicis illis documentis potissimum

fuisse defectum libenter conceditur, homines veluti viritim tantum in societatem agentes considerasse, quod etsi tunc, ne deleta nuper optimatum privilegia redirent, cautum noverimus, data tamen cuique viro libera irrefrenataque ad nefas usque agendi potestate, fortissimis quibusque ingenio vel divitiis reliquos opprimendi plenum relictum est arbitrium. Qui proinde, cum ad capessendam rem publicam pervernerunt, sua veluti voluntati illam manciparunt, ut sua iura, ceteris praetermissis, potissime tuerentur; ex quo ferme improviso regimine hodiernas oligarchias querimur exortas. Nec tamen aliquem latet regendarum civitatum leges non tam genericis doctrinarum regulis, quam et perspectis ipsius gubernandae societatis condicionibus esse condendas; siquidem planum est non ex reipublicae constitutione dissitas gentium societas esse informatas, sed contra, ad harum normam et necessitates, illam naturaliter formam sumere.

¶

Cum vero bonorum summa, quibus caduca haec vita nostra sustentatur meliorve fit, dissitis singulorum laboribus in totum fere pariatur, inde pecuniariae, ut ita dicam, societatis divisiones sunt prae certis perspicienda, ut facilius, coactis omnium nisibus, commune bonum augeatur. Hinc itaque, postquam natura in familias distinguimus, collatis mentis corporis facultatibus, ad hanc vel alteram utilitatem procurandam aptiores sumus, quibus deinde in pecunaria magistratum, litteratorum, militum, vel articulatum agmina distincti, ut potissimum quisque operam ad communem utilitatem conferimus, ita et pecuniaribus auxiliis egemus, et necessitatibus laboramus. Quibus igitur, ut planius cautum sit, selectis ex singulis classibus, iuxta adlatam utilitatem maioribus vel minoribus numero viris, legislatorum futuri coetus ad omnium ordinum, sive optimatum, sive humiliorum utilitatem tuendam, et conferendos labores sunt constituendi.

¶

At belgici illi clarissimi viri, cum non ex abrupto et quasi inopinato id consequi posse novissent, nec ab hodiernis constitutionibus satis planum ad reformationem esse transitum, proposita recens de electionum ritu rogatione futuris eventibus paraturos se viam arbitrii sunt.

Cuius impendentibus minis cum et doctrinas suas et tot discipulorum innumeris turbas proxime iri disiectas religionis hostes praesensent, ab armis in cives suos convertendis, ignorantia vel odio, non recesserunt.

Et malumus ferme ignorantia id admissum; ignorantiae enim caliginem paulatim experientia et libera disceptatio rarefacere virtute sua possunt; quodsi ex odio, uti cruenti fructus demonstrare videntur, seditiones partae sint, haud equidem parata Victoria erit: pro qua tamen indefessa spe, in Christo dimicatuos Belgarum selectos cives confidimus, ut valeant tandem hodiernis populorum morbis medelas Evangelio consonas afferre, et ceteris christianis gentibus exemplo esse.

ROMANUS.

*Qua potes excusa, nec amici desere caussam:  
Quo pede coepisti, sic bene semper eas.*

(OVID. Trist. 1).

*Fortuna non semper una via nec tota quidem incurrit:  
modo nostras in nos manus advocat, modo suis contenta viribus,  
invenit pericula sine auctore: nullum tempus ei certum est.*

(SENECA, Epist. 91).

## DE LUDIS DISCENDI APUD ROMANOS

DICENTI mihi de ludis discendi apud Romanos a primis vetustissimisque litterarum initii incipiendum esse videtur. Tradit Plutarchus, in Romuli vita, ipsum cum fratre Remo in Gabii ludos, ut litteras disceret, missum fuisse; et Livius, cum Appi Claudii facinus enarrat, ait: « Virgini venienti in forum (ibi namque in tabernis litterarum ludi erant) minister decemviri libidinis manum iniecit, serva sua natam, servamque suam appellans esse » (1), itemque Livius: « Mos erat Faliscis eodem magistro liberorum et comite uti; simulque plures pueri, quod hodie quoque in Graecia manet, unius curae demandabant; principum liberos, sicut fere fit, qui scientia videbantur praecellere, erudiebat. Is cum in pace instituisset pueros ante urbem lusus exercendique causa producere; nihil eo more per belli tempus intermisso, dum modo brevioribus modo longioribus spatiis trahendo eos a porta, lusu, sermonibusque variatis longius solito, ubi res dedit progressus, inter stationes eos hostium, castraque inde romana in praetorium ad Camillum perdixit » (2).

Et Camillum in Tusculum ingredientem testatur noster audivisse « ludos litterarum strepere discendum vocibus ».

Haec scholarum apud Romanos crepuscula fuere. Quae autem ibi pueri discebant? Fere ignotum est; sed ex sequentis aetatis disciplinis nobis inferre licet, legendi, scribendi, ac numerorum artem edoceri. Tunc enim tantum ad eloquentiam aliaque maiora studia iuvenibus aditus patebat, cum praetextatis, comitante patre, forum senatumque adire oportet, qui una cum graecis litteris et ipsam earum disciplinae rationem Romam invexerant.

Hoc Cicero comprobat: « Cui disciplina fuerit forum, magister usus, et leges et instituta populi romani, mosque maiorum » (3). Idemque Aulus Gellius testatur (4).

At non solum quas supra commemoravimus artes eruditabant iuvenes, verum etiam, ut ex aliquot scriptorum locis liquet, leges XII tabularum discebant et carmina maiores laudantia cantabant. Ad hoc Cicero: Discebamus pueri duodecim, ut carmen necessarium, quas iam nemo discit » (5), et Nonius: « [aderant] in conviviis pueri modesti, ut cantarent carmina antiqua, in quibus laudes erant maiorum, assa voce et cum tibicine » (6). Item Valerius Maximus: « quas Athenas, quam scholam, quae alienigena studia huic domesticae disciplinae praetulerim? inde oriebantur Camilli, Scipiones, Fabri, Marcelli, Fabii, ac ne singula imperii nostri lumina simul percurrendo sim longior, inde, inquam, coeli clarissima pars, divi Caesares » (7), hanc institutionem iuventuti perutilem commendans.

Nunc pauca de magistris. Sed in ipso disputacionis limine, illud Titi Livii, anno U. C. 444: « habeo autores vulgo tum romanos pueros, sicut nunc graecis, ita etruscis litteris erudiri solitos », confutandum esse arbitror.

Re enim vera primo quod nihil certi quid commune inter tuscum romanumque populum intercederet ac de utriusque populi moribus traditum est, tum quod hoc nequaquam fieri posse videatur, Romanos nempe tam rudes omnique eruditione remotos adhuc exstissem tribus post saeculis, ut romana eius aetatis monumenta aperte declarant, si iam artes, imo omnium artium principia ex Etruscis didicissent, quorum cultura et recentiorum eruditorum et artificum admirationem excitat.

(1) Hist. U. C. lib. III, cap. 44. (2) Id. ib. lib. V, cap. 15.  
(3) De oratore, III, 20. (4) Noctes Atticae, lib. I, cap. 23.  
(5) De legibus, lib. II, cap. 23. (6) II, 70. (7) Lib. II, 1, 10.

Praeterea et ipse Livius scriptorum quorundam auctoritate confusis hoc tradit, quorum nomina vel ignorat, vel silentio praetermittere potius retur, quibus insuper se parum credere alio loco fatetur.

Postremo Cicero et Valerius Maximus nos in contrariam sententiam inducunt. Ille enim: « Etruria de coelo tacta scientissime animadvertis, eademque interpretatur quid quibusque ostendatur monstros atque portentis. Quocirca bene apud maiores nostros senatus, tum quum florebat imperium, decrevit ut de principum filiis sex singulis Etruriae populis in disciplinam traderentur, ne ars tanta propter temnitudinem hominum a religionis auctoritate abducatur ad metum atque quaestum » (1).

Et Valerius Maximus: « Tantum autem studium antiquis non solum servanda sed etiam amplificandae religionis fuit, ut florentissima tum et opulentissima civitate decem principum filii senatus consulto singulis Etruriae populis percipiendae sacrorum disciplinae gratia traderentur » (2).

Ex quo coniiciendum, hanc solum patritorum eruditioem fuisse; ars enim portenta aliaque caeli signa interpretandi, praecipuum eorum munus; simul ac auspiciorum ius cuiusvis generis immunitatis fundamentum apud optimates diutius fuit. Nunc ad inceptum redeo.

Quod pertinet ad magistros ad aliquid certi hau- riendum, Livium Andronicum in Livii Salinatoris familia, atque Ennum in Fulvii Nobilioris domo (quem Cato, quod secum in castra duxisset, obiurgandum esse censuit), Scipionis, Laelii et optimatum familiarem eorumque magistrum et poetam adire oportet, qui una cum graecis litteris et ipsam earum disciplinae rationem Romam invexerant.

Quod affirms Suetonius: « Initium quoque eius [seu grammaticae] mediocre exstitit, siquidem antiquissimi doctorum, qui iidem et poetae et semigraci erant (Livium et Ennum dico, quos utraque lingua domi forisque docuisse adnotatum est), nihil amplius quam Graecos interpretabantur, aut si quid ipsi latine composuerint, praeferebant » (3).

Iuvenilis igitur institutio litterarum in poematum vel graecorum interpretatione, vel a graeco in latinum sermonem translatorum recensione atque exquisezione versabatur, quod usitatum et suis temporibus esse testatur Horatius:

carmina Livi  
... memini quae plagosum mihi parvo  
Orbium dictare (4).

Sed Plutarchus publicam scholam Romae sero apertam fuisse tradit, in qua, data mercede, pueri instituerentur; primamque Spurium Carviliū aperrisse, Carviliū Rugae libertum (qui Romanorum prior uxorem reiecit), quod divertit Aulus Gellius (5) anno U. C. 519 evenisse contendit.

Suetonius contra serius Romanos in grammatica studia incubuisse arbitrat, primumque praecipitem fuisse Cratetem. Quae utique sententiae inter se conciliandae esse mihi videntur, utramque enim veram esse censeo. Nimurum Plutarchus de publica schola, in qua prisci sermonis tantum rudimenta tradebantur, loquitur, Suetonius autem de schola in qua veterum scriptorum opera simul collecta inspiciebantur.

Quae cum ita sint, vetustissimae institutionis principia Crateti tribuenda sunt, vel fortasse potius cuidam fato, ut ita dicam, si Suetonii testimonio fides habenda est: « Primus igitur, quantum opinamur,

(1) De divinat. I, 41, 92. (2) Lib. I, 1. (3) De grammaticis, cap. 1. (4) Epistol. lib. II, 1, 69. (5) Noctes Atticae, lib. XVII, cap. 21, 26.

studium gradi-  
lotes, Aristote-  
Attalo rege-  
lum sub ipsi-  
prolapsus in  
omne legatio-  
acrossis subi-  
exempla fuit.

Quo in  
anno 590 po-  
suscepisse, E-  
Ex quo hoc  
illlico post En-  
Attalum non  
tione fratris i-

JOSE  
CENTESIMO

Non alien  
vertente ann  
poeta popula  
orationis facu  
tatam, et sum  
indolem quasi

Natus hu  
mercator fuit)  
in vico nomi  
parentibus Me  
operam dedit;  
renses charta  
mercede doc  
tare vix pote

Vigesimus  
venit; quare  
nobilissimas;  
alia suberat  
tiores. Nam n  
rum virtute  
erant, ut qua  
infimam mul  
grave in eoru  
nibus, conviv  
viris; mollite  
Iuvenes autem  
erant; dum c  
conviviis et s  
dies. Omnes  
bus auriculas,  
rinus nemini  
tus est quemq  
esse putavit,  
que effeminat  
ret, acri adhib  
tias suscepit at  
se praebuit, C  
stituta. Is enim  
gnator, ad re  
quum animad  
sic utilitatem c  
se referrent, e  
mutandarum re  
eorum conse

(1) De gram

studium grammatica in Urbem intulit Crates Mallothes, Aristarchi aequalis, qui missus ad senatum ab Attalo rege inter secundum ac tertium punicum bellum sub ipsam Enni mortem, cum regione Palatii prolapsus in cloacae foramen crus fregisset, per omne legationis simul et valetudinis tempus plurimas acroasis subinde fecit assidueque disseruit, ac nostris exemplo fuit ad imitandum » (1).

Quo in loco animadvertisendum est Attalum anno 590 post fratris Eumenis mortem imperium suscepisse, Ennium vero anno 584 vitam obiisse. Ex quo hoc coniiciendum est: aut Cratetum Romanum illico post Enni mortem non venisse, aut, si venerit, Attalum nondum regem, verum in regni administratione fratris Eumenis socium fuisse.

I. IACHINO.

### JOSEPHI PARINI NOTITIA

CENTESIMO VERTENTE ANNO AB EIUS OBITU

Integer vitae scelerisque purus.

Hor. Car. I, 23, 1.

**N**on alienum videtur in hoc commentario pauca de Iosepho Parinio poeta disserere, centesimo vertente anno ab eius obitu. Is enim et omnino poeta popularis fuit, cum omnem suam ingenii et orationis facultatem ad communem direxisset utilitatem, et summus perfectusque civis ita, ut Italorum indolem quasi praferre videretur.

Natus humili genere (eius enim pater sericarius mercator fuit), anno MDCCXXIX post Christum natum, in vico nomine Bosisio, ad Eupilim lacum sito, a parentibus Mediolanum est deductus, ibique litteris operam dedit. Cum in summa paupertate esset, foresses chartas transcribens atque pueros privatum mercede docens, suam parentumque vitam sustentare vix poterat.

Vigesimum quintum annum agens in sacerdotium venit; quare aditus ei patuit ad ditissimas familias ac nobilissimas; neque enim, ut tunc erant tempora, alia suberat ratio humili loco natis adeundi potentiores. Nam mediolanenses optimates quum a maiorum virtute descivissent, adeo indocti et superbi erant, ut quasi a Diis se ortos putantes, plebem et infimam multitudinem valde contemnerent. Nihil grave in eorum occupationibus, circulis, disputacionibus, conviviis; nihil digni magnis et praeclaris viris; molliter viventes otio et luxuria diffuebant. Iuvenes autem soluti et enerves, mirabiles catamiti erant; dum comuntur, dum curru vehuntur, dum conviviis et spectaculis tenentur, erat consumptus dies. Omnes denique facile praebentes assentatoribus auriculas, adulari se facile sinebant. Verum Parini nemini sese serviliter addidit neque veneratus est quemquam; quin etiam nihil utilius patriae esse putavit, quam ut optimatum vitia et leves atque effeminatos mores libere proferret atque ridearet, acri adhibita ironia. Qua ex re multas inimicitias suscepit atque in calumnias incidit. Pari constantia se praebuit, Cisalpina republica a Napoleone constituta. Is enim, acerrimus communis libertatis propugnator, ad rempublicam accessit. Sed paulo post, quum animadvertisset eos, qui reipublicae praeerant, sic utilitatem civium tueri, ut omnia, quae agerent, ad se referrent, eosdemque homines esse non tam commutandarum rerum, quam evertendarum cupidos, ab eorum conspectu fugiens abdidit se, quantum licuit, et

(1) De grammaticis, 1.

litteris tantum intentus, extremum tempus aetatis consumpsit. Qua vero animi constantia atque innocentia fuerit, cum ex omnibus eius carminibus, tum vel maxime ex nobilissimo illo, quod de se scripsit, quodque *Lapsus* inscribitur, appareat. Hieme enim Mediolani in angiportu ambulans in imbre et frigore, pedem offendens in pronum male ruit. Subrident pueri; at homo quidam sollicitus accurrens, eum sublevat et: « Quid carmina illa tua », inquit, « fundis, quibus in maxima celebritate atque in oculis civium vivis? Pauper es atque inops; nihil habes, ut frigora et imbre vites. Potentes homines potius vel qui potentibus imperant adi, auxiliumque multis cum lacrimis pete; aut si dulcia in eos carmina fuderis, dives eris illisque carus ». Male suadenti civi vehementer iratus Parinius haec profert: « Civis probus ad id animum intendit, quod detracta omni utilitate sine ullis praemiis fructibusque per se ipsum iure possit laudari. Quod si senio confectus in summa versetur inopia, auxiliumque libere et clam petitum nullum a civibus accipiat, animo non cadit, sustentatur recta conscientia sua ». Magnifica plane verba et magno viro et sapiente digna! Tum Parinius gratus homini ob allatum auxilium, sed eius consilium contemnens, culpa vacans domum rediit.

Simplex et apertus, veritatis cultor, fraudis iniamicus in nullo claudicavit officio. Nam vitae generi delecto pauper atque inops in vitae perpetuitate esse maluit, quam institutorum morum mutationem facere, quam sibi ipsi non constare. Diem obiit sub premium xviii kal. Sept. anno MDCCXCIX.

Parinius igitur ab ineunte aetate praestantissimum ingenium contulit ad poeticam; et nondum annorum XXIII alieno nomine nonnulla edidit carmina, ex quibus magnam existimationem colligit, quae tamen postea repudiavit, cum eximiam formam, quam mente intuebatur, expressam iis non reddidisset. Quam quidem formam consequutus (diu enim graecis litteris et latinis operam dederat) lyricum poema summa cum laude tractavit ita, ut in eo genere aetatis suea poetarum princeps exsisteret. Sed quoniam singula carmina persequi longius est, quam ratio huius institutionae disputationis postulat, id unum dicam, Parinium plane suum esse, sive virtutes bonorum civium exprimit, sive effusam saeculi licentiam insectatur, sive civium luxuriam contemnit, sive denique agricolarum voluptates el locorum amoenitates prosequitur.

Sed poeta noster praeter ceteros in satura excellit. Namque tota eius gloria nobilissimo et maximo illo poemate ad docendum composito, quod *Dies* inscribitur, continetur. Is enim in ea tempora incidit, quibus, ut supra diximus, nobilium hominum ridiculi mores materiam satirico carmini praebent. Itaque *perpetua* utens ironia, iuvenem nobili generi natum graviter, ut qui in suo officio est, docet quid illi faciendum sit mane, quid meridie, quid vesperie, quid denique nocte instant. Hoc modo omnes leves et ridiculas optimatum occupationes describit, easque sic exprimit et ante oculos ponit, quasi res agatur, non quasi narretur. Atque ne eadem res legentium animis taedio esset, narrationes et descriptiones praeclarissimas interposuit, ut fabulam illam Cupidinis et Hymenis, ut originem pulveris, quae *cypria* dicitur, ut vulgatissimum illum digressum, qui est de domina effera et de servo. Quid porro dulcius inveniri potest quam et primae partis diei, et meridie et noctis descriptiones, quae picturæ propriæ dici possunt? Omnia autem splendidis coloribus et praeclaris sententiis, omnia imaginibus grandibus et verbis aures mulcentibus incundissime, unde acris existit ironia, illuminantur.

Legendus sane est hic poeta cum omnibus, tum vel maxime iuvenibus, et maximis honoribus afficiendus, si quisquam alias, hoc centesimo a suo interitu anno. Is enim, qui ubique in suis carminibus summus magister optimae disciplinae et severitatis est, quique perfectum sibi opus esse existimat si cives suos probos reddidisset, ingenium alere facile potest.

D. TAMILIA.

### EX HELVETIA

De Sancti Mauritii Agaunensis monasterio.

**Q**UONIAM in commentario *Vox Urbis* si quid ex Helvetia scripti miserim, id quoque libenter accipientem esse audiri, placet hodie pauca (utinam feliciter!) de illustri Sancti Mauritii Agaunensis monasterio disserere. Res est digna quae humaniorum doctissimi commentarii lectorum attentionem nonnihil retineat. Scio equidem Romae esse quamplurima sacrae fidei monumenta; haec enim urbs cui id a Deo collatum est ut, modo armis, modo sacris doctrinis, orbi imperet universo, secundo sanguine martyrum inungi ac renovari debuit, ex qua demum, velut rivuli ex fonte, vera religio per omnem civitatem ac locum dimanaret. Verum, an sit aliquis trans Alpes locus, aliqua civitas, que gloria martyrum et antiquitate possit laudibus Agauni certare, non ausim dicere. In hac enim amoenissima Rhodani valle, avita fide magis et sinceritate morum quam nivosis cacuminibus conspicua, integra legio: Secunda Flavia Felix Thebaeorum, Maximiano imperatore qui Octoduro stativa posuerat, anno 302 pro aris Iesu Christi occubuit (1).

Eo decurrentibus saeculis, confluxere piae peregrinantur turmae; eo, venerabundi sacram humum, sanguine Mauritii, Exuperi, Candidi, Victoris madefactam, osculati sunt viri celeberrimi et sanctissimi. Eo venere summi pontifices quinque: Stephanus III, Leo III, Leo IX, Eugenius III, Gregorius X; doctores sancti quatuor: Ambrosius, Hilarius, Anselmus, Franciscus Salesius; his ascensione sunt Martinus, Avitus, Eucherius, Germanus ceterique antistites innumeri, quorum nomine et doctrinis fulget sancta Dei Ecclesia.

Hoc monasterium auxere olim divitiis votivisque donis, ut omittam ceteros, sanctus Sigismundus, Carolus Magnus, piissimusque rex Ludovicus IX. Nam etsi videmus multa ab heroibus profanis edita constantiae exempla quae consequentium deinde aetatum laudem atque admirationem concitaverunt, haec quantacunque sunt, vix aestimationis alicuius digna reperiuntur, si illa cum invictae huius Felicis Thebaeorum legionis fortitudine comparare voluerimus.

Non desuere viri, nostra praesertim aetate, qui nostræ gloriae invidi, tam illustre martyrium, impio ausu, in dubium vertere, conati fuerint. Verum frustra labor ab his sacrorum contemptoribus fuit susceptus, qui tot ac tanta totius antiquitatis testimonia missa facientes, indeficientemque populorum religionem, qui Agaunum votum adimplendi gratia convenienti, flocci pendentes, inter futilis vulgi ignari fabulas Mauriti et sociorum martyrum referendum contenderunt. Infinitus sim, si velim numerare fide dignissima testimonia quae apud historicos facile quisque legat (2).


Iam vero ad Agaunum redeamus, et a quo nomen acceperit, quis fuerit situs, quae historia, paucis inquiramus. Postea, si gratum nos fecisse egregiis lectoribus novemus, plura adiiciemus de tam praeclaro orbis catholici ornamento.

(1) Non ita multis abhinc annis repertum est in agro, quem Veroilley patria lingua dicunt, propterea quod sit verus martyrii locus, aeneum numisma pretiosissimum, cuius haec est subscriptio:

IMP·C·MAXIMIANVS·PF·AVG·

GENIO POPVL ROMANI

(2) St-Maurice et la légion Thébaine, par BERNARD DE MONTMELIAN, 1888.



Oppidum S. Mauritii in Helvetia.

(1. Monasterium Agaunense. - 2. Mons cui nomen « Dens Australis »).

Agaunum, antea Tarnada dictum, civitas antiquissima, a Caesare capta castroque inexpugnabili munita, multum brevi tempore accepit incrementum, ita ut inter oppida praecipua, ditioni romanae in Alpibus subiecta, iure annumeranda sit. In castro Tauredunensi (sic etiam scriptum apud historicos legimus) templum Diis Manibus sacrum, omni religione celebrabatur, in quo Nantuatus et Veragris amicorum parentumque corpora terrae mandare solemne erat; id enim effossa sepulcra nemini obscurum reliquerunt. Agauni nomen a sancto Ambrosio illo magno, Mediolanensi archiepiscopo, inditum fuisse fertur, qui exente saeculo quarto, quum pergeret ad Treviros, Maximum imperatorem convenienti gratia, locum tanti praelii victoria illustrem e vocabulo 'Aγώνα, quod idem ac certamen latine sonaret, curavit nuncupandum. Iuvat hic referre quae sanctus Eucherius, Lugdunensis archiepiscopus, de Agauno ea tempestate scripsit. « Agaunum sexaginta ferme millibus a Genevensi urbe abest, quatuordecim vero millibus distat a capite Lemanni lacus, quem influit Rhodanus. Locus ipse iam inter alpina iuga in valle situs est, ad quem pergentibus difficili transitu asperum atque arctum iter panditur. Infestus namque Rhodanus saxosi montis radicibus vix pervium vianibus aggerem relinquit. Evictis transmissisque angustiarum faucibus, subito, nec exiguis inter montium rupes campus aperitur ». Licet hodie via Semproniana viatoribus amplius praebeat aditum, probe percipitur quae fuerit olim transeundi difficultas. Vallis enim Rhodani hoc loco ita angusta est, ut inter impendentes ex utraque parte ac praeruptas rupes quas flumen alluit, vix iter pandi potuerit, donec pons Japideus, miro opere, utramque ripam coniunxit. Via autem ferreis axibus strata subterraneo itinere Agaunum ingreditur in hoc montis latere quam Dentem Australem (*Dent du Midi*) dicunt; et quum e rupe excisa exit, paucis admodum passibus a celeberrimo Sancti Mauriti templu distat.

Compertum omnino exploratumque est, statim postquam impius ille Maximianus decessit, hunc locum Felicis Thebaeorum legionis sanguine perfusum, fuisse incolarum vallis et confinium regionum cultui sacrum; mox aedificatum est templum, anno 350, quod praerupta rupe ex una parte, immensam parietem diceret, muro ex altera cladebatur, fornice interiecta; aedes vero coenobii anno 517 exstructas fuisse constat. Dedicatio huius primi templi solemnii pompa totiusque provinciae celebritate a sancto Avito, Viennensi archiepiscopo, perfecta fuit.

Inter omnes, qui de Agaunensibus bene meriti sunt, princeps omnino eminent sanctus Sigismundus, rex ille Burgundorum, qui secundae uxoris calumniis, circumventus, filium Sygericum, quem de primo matrimonio habuerat, anno 512 interfecit. Mox tanti sceleris dolore

percitus, huius ut poenas lueret, monasterium ingressus est, quod ditavit congestis opibus regiaque munificentia. Quingentos accivit monachos, qui quotidie, diu noctuque, nullo temporis punto intermisso, deprecarentur, ut admissa dum viveret, non autem aeternis suppliciis expiaret. Pii regis precationi annuit Deus votaque rata habuit: statimque Sigismundus calamitatibus undique surgentibus et adversa fortuna mirum in modum coepit exigitari.

Mox cum a regibus Francorum tetterimum bellum ipsi denuntiatum fuisse, Sigismundus praelio victus fumam arripiuit, denuo contendit Agaunum ut evaderet securus ab hostium impetu. Ibi, licet ille sanctus rex induxisset monachorum habitum, latere diu non potuit, brevique a suis impie traditus, redactus est in potestatem victoris. Mirum quantas passus fuit calamitates! Aurelianum ductus, coniectus in carcere, et, iubente Francorum regina, in puteum demersus cum uxore et filiis aerumnosam vitam reliquit, feliciorum recepturus a Deo. Huius ossa post triennium Agaunensi monasterio restituta in ecclesia beati Mauriti, quem tanto honore prosecutus fuerat, venerationi populorum ad hoc tempus exhibentur.

Iniquitas temporum, plurimorumque malorum colluvies in causa fuere quominus, quae a sancto rege constructa fuerant, ad nostra tempora non pervenerint. Irruentes enim primum Longobardi in venerandis aedibus


rapinas fecere, probraque omnia coniecere; postea, cum iterum aedificatae fuerint, a Saracenis incendio excitato, ferme deletae sunt anno 940. Quapropter quae modo supersunt, si plura fragmenta excipias, posterioribus adscribenda sunt temporibus.

Monasterium ab anno 360 ad annum 517, Octoduri sive Seduni episcopi octo moderandum suscepserant, quorum quatuor, insignis pietatis causa, altarium decorantur honoribus: Theodorus, Florentinus martyr, Mauritius quidam et Severinus Clodovae regis coaevis famaque miraculorum notissimus. Postquam autem Sigismundus rex tanta liberalitate sepulcrum martyrum auxisset, immensam, in tota ecclesia quae trans Alpes extenditur, acquisivit celebratatem Agaunense monasterium. Laus ista perennis, quam tantis praeconiis commendarunt scriptores antiqui, Agaunum accivit innumeros tum pietate, tum doctrina conspicuos viros: nil mirum si inter triginta duos, qui ad annum 825 monasterio praefuerunt antistites, quindecim, omni genere virtutum clarissimos, sanctorum honoribus devotio populorum fuerit prosecuta. Tantam gloriam misera inde exceperunt tempora. Iussu Ludovici I Caroli Magni filii, anno 825, canonici, nulli normae religiosae vitae subjecti, loco monachorum sufficiunt, hisque praepositi fuerunt viri ex aula regia plerumque deducti, qui, cum ne sacerdotes quidem essent, suis rebus augendis bonisque monasterii diripiendi potissimum operam contulerunt. Eo angustiarum res tunc devenisse ferunt, ut officium ipsum divinum, quod tanta religione primi persolverant monachi, fuerit interruptum. Quid multa? E tot celebrissimi templi incolis sex canonici superstites non tam laudibus divinis, quam propriae inopiae sublevandae tempus omne impendere coacti sunt. Illuxit tandem serenus dies. Amedaeus III, Sabaudiae comes, anno 1128, ab Honorio II pontifice maximo canonicos, qui sancti Augustini regularem disciplinam profiterentur, impetravit. Ab his temporibus labantem Agauni famam restituerunt novi isti custodes in pristinum celebritatis ordinem. Hodie numerosa canonorum familia pis officiis circumdat sancti Mauriti sepulcrum; his praestans egregius vir senexque vegetus: Josephus Paccolat, episcopus tit. Bethlem., comes, idemque antistes ab intimo cubiculo S. D. N. Leonis XIII, consecratus Agauni anno 1889, abbas XLIV « regalis inclytæ et exemptæ abbatiae Sancti Mauriti ».

A. SORDET.

Legum ministri magistratus, legum interpretes iudices; legum denique idcirco omnes servi sumus, ut liberi esse possumus.

(Cic., Pro Client., 53).



Pons Rhodano innectus ad S. Mauriti Agaunensis.

(1. Castellum eo loco aedificatum, ubi olim castrum Caesaris exstebat. - 2. Ferri itineris cuniculus, cui finis prope abbatiæ plateam).

## TITIA

## DEIPARAM IN

ANNO 1518, c  
Bernardini s  
netum universo t  
iterum patuit, ut  
Titiani Vecellii t  
gendi mandatum  
collatum fuerat, fi  
reum pro eo se  
pictor tamdiu mo  
ret, fratribus anim  
nemque ita auxer  
parumque probata

Sed huius ini  
versi laudibus cit  
Bernardini festum,  
dendae cupiditate i  
inter ceteros Mari  
scripsit, et Adurnus  
mus mira tabulæ p  
libus eripe secum

Scleustus autem  
preium suis custod  
semper affectu in  
gubernatorum ius  
translata est.

Quod quidem i  
locus enim aptus, r  
rum habita ratione  
circum spatio, atqu  
praecipue, quae in  
longe aliter quam

Sed iis minimis  
tabulæ partibus  
optimis Titiani illa  
profecto aequales i  
hanc Deiparam su  
strum ac principem  
titulum posteri cor

## VOLAT

SUPERIORIBUS  
navigationis  
sisse, et variis cas  
implevisse. Modo  
atque interea me  
pogrypho phanta  
fabulis animum so  
cupare non posse

At nostris his  
multis circa adiuv  
mum adipiscendo  
detur; ac tale in r  
lombo, optimis ac  
in italicico commen  
pulcherrima edidi  
phaleosi quadam,

Acutus vir op  
qua diversa nun  
alii proposuerunt,  
et utilitati esse c  
ipsi erraverunt, e  
runt, eaque addan  
iis exigua fuerunt  
plificemus, ac spe

Atque illud in  
duo navigationis a  
homini addendum

(1) Cfr. ann. II,

TITIANI VECCELLII TABULA  
DEIPARAM IN CAELOM ASSUMPTAM REFERENS

**A**NNO 1518, die mensis Martii vigesima, cum sancti Bernardini solempne festum celebraretur, populo Venetum universo templi B. M. V. (vulgo *de' Frari*) aditus iterum patuit, ut nuper expositam super altari maximo Titiani Vecellii tabulam primo consiceret, cuius pingendi mandatum iam usque ab anno 1516 summo pictori collatum fuerat, fratrumque minorum moderator marmoreum pro eo septum iam parari curaverat. Cum vero pictor tamdiu moratus esset antequam tabulam absolvaret, fratrum animos aliquantulum irritaverat exspectationemque ita auxerat, ut, cum tradita est, minus accepta parumque probata ipsis visa fuerit.

Sed huius iniustae existimationis taedium populi universi laudibus cito deletum est, qui ad magnificum sancti Bernardini festum, quod in templo habebatur, tabulae videndae cupiditate indesinenter confluxit. Adfuerunt immo inter ceteros Marinus ille Sanutus, qui *Venetos Annales* scripsit, et Adurnus, Caroli imperatoris vicarius, qui postrem mira tabulae pulchritudine correptus, illam Franciscanis eripere secumque abducere secreto deinde tentavit.

Scelus autem hic conatus id effecit, ut tabulae pretium suis custodibus revelaret, qui proinde illam magno semper affectu in sua ecclesia servaverunt, usque dum, gubernatorum iussu sublata, in Venetam Academiam translata est.

Quod quidem invita minerva videtur admissum; nec locus enim aptus, nec lucis modus nunc tabulae sunt, quorum habita ratione ipsa depicta fuerat; exinanito namque circum spatio, atque dempta altaris altitudine, apostolorum praecipue, quae in inferiori parte moventur imagines, longe aliter quam pictor senserat, oculos percellunt.

Sed iis minime obstantibus, summa eluet in singulis tabulae partibus pingendi ars, ut merito alteram ex optimis Titiani illam hodie omnes habeant; nec aliter profecto aequales iam senserant, qui vix ac Assumptam hanc Deiparam sunt demirati, Venetum scholae magistrum ac principem auctorem salutarunt; quem deinde titulum posteri confirmaverunt.

X.

## VOLATURUSNE HOMO?

**S**UPERIORIBUS commentariis (1) consideravimus navigationis aeriae desiderium alte priscis haesisse, et variis casibus historica gentium monumenta implevisse. Modo speratum, modo desperatum est; atque interea mentes hominum de Pegaso, de Hippogrypho phantastice multa, haud aliter ac si fictis fabulis animum solarentur, qui rem ipsam factis occupare non possent.

At nostris hisce diebus, a saeculo conamina sunt, multis circa adinventis, multis circa tentatis, proximum adipiscendo aëris imperio humanum genus videntur; ac tale in negotium eruditus vir Iosephus Colombo, optimis ad argumentum disciplinis imbutus, in italicico commentario, cui *Nova Antologia* nomen, pulcherrima edidit, quae summatis referre, anacephaleosi quadam, fas est.

Acutus vir opportune ex historia orditur; nam, quae diversa nunc elucubratione, nunc experimento alii proposuerunt, nobis et emolumento et sapientiae et utilitati esse queunt, ut ea vitemus in quibus ipsi erraverunt, ea teneamus in quibus ipsi profecerunt, eaque addamus quae iis defuerunt, et illa, quae iis exigua fuerunt, uberiore minerva, ut aiunt, amplificemus, ac sperandis aequemus.

Atque illud in primis arridet, quod iudicet inter duo navigationis aeriae genera, nempe inter volatum homini addendum fabrefactis aliis, et inter vehiculum

(1) Cfr. ann. II, num. VII.

rrioris aetheris plenum, aerostatum, cui scirpus, vel navigium gestans hominem circumactis funibus appendatur.

Postrema haec auctore Mongolfierio facta sunt, atque, ut vir noster ait, quasi patefacto faciliori aditu,

contra conantibus, itemque porrectis alis firmisque in aëre quiesceret, ceu vultur et aquila. Aerostata Mongolfieriana, plus minusve regentium et gubernantium obtemperantia industriae, magni habita sunt, et habenda tempore belli. Captum quippe



Deipara in Coelum Assumpta (TITIANVS VECCELLIUS pinxit).

animos a pristino studio averterunt, in quod Leonardo da Vinci et Borelli enixe incubuerant, qui duo non hominibus quaerenda illa putarunt, quibus elevati in potestatem aëris ferrentur, sed illa, quibus ipsi semet elevarent et aëri dominarentur.

Funditus diversum, prorsusque alia ratio est; Leonardo enim et Borelli remigium alarum homini quaerebant addendum, quo, more volucrum, sese quo vellet et quaquaversus ageret, frustra ventis

aerostatum ad Fleurum, prima Gallorum republica, magna adipiscendae victoriae causa fuit; iterum Gallia aerostatis usa in Tonchinensi bello feliciter est, atque his Bac-Ninh, nullo armorum fragore, in suum rededit imperium.

Ecquid si desuper hostis aerostato impendens, aut aerostatorum classis vel acies displudentes pilas et ignes in subiectum exercitum urbemve demitteret? Cautum hoc est in concilio pro malis belli

minuendis, adhortante Russorum imperatore: at *dolus an virtus; quis in hoste requirat?* Numquid in eo sumus ut iurare possimus nihil huiusmodi arcano militari conclusum? nihil huiusmodi experimentis quotidianis aut in semotis quibusdam castris, aut in devia insula quaesitum, perfectum, atque probatum?

Ad hoc assequendum satis esset habere moventem machinam, sive electride, sive petroleo, sive vapore agentibus, quae, dato pondere duodecim aut quindecim chilogramm., vim equi unius exeret. Huiusmodi machina, centum equis vi compar, qua-versus aerostatum ageret fusiforme, tribus metrorum cubicor. millibus aequum, tali celeritate, ut singulis horis quadraginta vel quinquaginta chilometrorum spatia tranaret.

At unicum non est aerostatum homini, quo aetheris regionibus potiatur, ibique dominetur. Habe-mus enim exemplum in avibus, quae, etsi aëre graviores, aëri supernatant. Quo pacto? Peculiaris pectoris forma, alarum dispositione et proportione, vi denique.

Quoad alas eadem hisce dispositio, eadem hisce ossa quae in humanis brachiis. Adsunt avibus penae, hominibus negatae, quas tamen machina referret; deest vis, quae vices humana validior habenda esset. Atque haec tantummodo difficultas obiicitur, quae ceterum superabilis esset, quum nemo adhuc limites machinali scientiae posuerit. Ad superficiem alarum quod attinet, certum est hanc novem metris aequam sufficere regendo homini, quum eadem pro-patio sit in ansere australi, exploratumque pariter sit in praxi factum, quod theoretice assertum ali-quit paradoxale praeserre videtur: quo, nempe, graviora sunt corpora, eo angustiores necessarias esse alas.

Haec fortasse tempus admittet; tempus, inquam, quod attulit ut velocissima homo birota veheretur, dante celeritate aequilibrium, et suadente natura motus, quibus conserderet, atque ita obiter, atque ita commode, ut birotae usus vel pueris hodie sit, puelisque communis.

At dum in haec tempus et mentes incumbunt, reliqua spes dominandi aethereis regionibus in *aero-planum* convertitur, quum experimentis manifestum sit aquilas et vultures alis uti ad aequilibrium optime servandum, et exiguo labore id sibi comparare, ita ut pene minime fatigentur. Quid obstat quominus aerodromo usus, exercitatione hanc aequilibrii scientiam homo pariter consequatur, et sexto quodam sensu percipiat illa aetherii oceani flumina, quae sibi adnaviganti et volanti praesto sint, ut promissis alis vel transferatur secundo flamme si voluerit, vel, si maluerit, immotus consistat, vel obliquo tantisper lapsu contra eat, rursusque succedente inferius vento elevetur, ut iterum oblique dilabens adversus flamen victor procedat?

Haec omnia pulcherrime Iosephus Colombo expo-nit, et quaestionem limitibus certissimis circumscripti, quibus, quasi in acie designata, aerostatum et aerodromus pugnant. Vincet ex utrisque fortassis ille, cui docti plurima dabunt studia, plurimas curas respubicae experimentis.

Numquid vero neuter? Fortassis et hoc; atque ita mea sententia simplex et obvium, ut mirabile sit ad haec usque tempora nulli illuxisse. Romana mens hoc adinventit, ac benigne concessit, ut de eo verba facerem; quinimo et schemata suppeditavit, quibus exposita magis clarescerent.

Proxime igitur in commentario nostro vobis, hu-mani lectores, *hippoarium* hunc exhibebimus.

H. DE VECCHI-PERALICE.

### NOVA URBS IN GLACIALI OCEANO CONDITA

**E**XACTO mense Julio, Vladimirus, Russorum Cae-sari patruus, ad litora Glacialis Oceani magna pompa se contulit, ut novissime inibi conditae urbis moenia portumque inaugureret. Locus ad statuen-dam civitatem delectus sinus quidam est, in litore Murman, quod Ekaterininsk insula, contra aestuan-tes oceani fluctus proposita, tutum semper ac pla-cidum abruptis rupibus, tuetur. *Gulfstream*, marinus tepidus amnis, qui deducto ex se orientali rivulo, ora circum attingit, hyperboream aëris rigi-ditatem satis temperare dicitur, magisque humidam efficeret, veris praesertim et autumni temporibus, quibus ad quinque fere menses nebulae et pluviae continentis imminent vel abundanter decidunt.

Telluris, quam argillae vel arenae ubique obruunt, inops plerumque fertilitas est; portus contra optimae siti, quovis commercio et praecipue pi-scatorio cornua in mare panduntur, neque temere indicant illum bellicis munitionibus aptissime posse instrui et ad classes excipiendas parari; nam et lon-gitudine et latitudine et profunditate amplissimum ac maxime commodum praebet refugium. Itaque ferreo deducto itinere, cum civitatis moenibus coniunctus portus est, et cum proxima per septemtriona-lem Russiam itinera strata erunt, facillime cum iis colligabitur.

Antequam vero haec omnia perficerentur, her-culeum oportuit absolvere opus; vallis enim omnis, qua nova est urbs constituta, paludibus undique, muscis et limo obruebatur; et rivulo, cui exitus alias non erat, inundata plerumque manebat. Itaque muscos abradere, limum paludesque exsiccare, rivuli aquas certo alveo coercere opus fuit, ut domuum fundamenta in firmo et salubri solo ponerentur, usquedum, aggere contra undas exstructo, atque ferrei itineris statione aedificata, novae urbis solidati et complemento nihil amplius defuit. Nec satis: nam electricae faces ubique erectae iam videntur, ut noctis tenebras solvant, et aedes ad naturae mysteria exploranda sunt constitutae metereologica praecipue et biologica, in qua denique ad piscium mores investigandos plurima vivaria posita sunt.

His omnibus absolutis, placuit urbem provinciae caput esse, et mutuato a Russorum Caesare nomine, honoris causa Alexandrovsk appellare. Quapropter publicis aedibus exornata breviter est, templumque magno splendore est exstructum, quod, Russorum stilo in minimis usque servato, elegantissimum dicitur.

Aedificia plerumque lignea sunt, sed fundamentis lateritiis vel marmoreis innixa, nec, quamvis tot li-gna ac tabulae Arkangel ex portu navibus conlata fuerint, expensarum summa rublorum tercentum millia adhuc excessit.

Attamen, Ianuario huius anni mense ineunte, plurima iam confecta opera nuntiata fuerant, inter quae praecipua adnumeranda sunt: 1) via in summis rupibus, quae sinum undique muniunt, mare versus lapidibus strata; 2) palatio ad praebendum navibus appulsum in mare deducta; 3) aqueductus aggere munitus, longitudine 180 *sagen*, quod est circiter metr. 400; 4) ferreum iter ex imo portu ad summam rupes, super quibus domus exstructae sunt; 5) deambulatio arboribus obumbrata longitudine 500 *sagen*; 6) focea lapidibus exornata ad refluentes litoris aquas colligendas; 7) templum, gymnasium, nosocomium, publicum aerarium, magistratum ae-des, praetorium, carceres, horrea publica et mercium acervae, epistolarum diribitorum, hospitium.

His ausibus homines telluris aërisque inclem-en-tias superantes, novarum societatum fundamenta vir-tute et opera ponunt.

A. COSTAGGINI.

### VITA FUNCTI VIRI CLARIORES

**T**heodulphus Mertel cardinalis, S. R. E. vice-cancellarius, senectute confessus decessit Allumiere in oppido apud Centumcelias, ubi natus erat die vi Februarii 1856. Vir multarum litterarum et summopere iura callens, ad romani antitistis dignitatem accitus, multis gravibusque munieribus ita est perfunctus, ut eum Summus Pontifex Pius IX in concilium renovandorum institutorum ac legum retulerit, imo novam reipublicae constitutionem scribendam ipsi commiserit. Quibus perfectis, ad rem publicam moderandam usum et scientiam et studium suum multos annos contulit. Inter patres cardinales cooptatus est anno 1853; nunquam vero sacerdotium init, sed diaconus perstitit.

**C**arolus Iosephus de Harlez Leodiensis, litterarum orientalium facile princeps, summam doctrinam cum pietate sociavit. Longe defletus cursum vitae omnibus ornatae virtutibus Lovanii absolvit

**G**eorgius Alexandrovitch, Nicolai, Russorum Caesa-ris, frater, et imperii haeres, improvisa ex gutture haemorrhagia oppressus, iuvenis adhuc Abba Stuman obiit.

Improviso pariter morbo Brisbane in Australia correptus est **C**arolus Pulszky, Pannonius, qui vivo antiquitatis amore captus, clarum ipsius artis in studio nomen sibi comparavit, quid-que contra inimici eius laudibus obtrectaverint.

**B**enedictus Civiletti, humili loco natus Panormi anno 1821, admodum adulescens effingendi ingenium a natura acceptum patefecit, hic illuc in parietibus viarumque straturis figuris informans. Primum ad pingendi, deinde ad scalpendi artem adductus, brevi ita vivos ducere coepit de marmore vultus, ut ipse Joannes Dupré, florentinus ille magister peritissimus, eum admiratus et summa benevolentia fuerit prosecutus.

### OPERARIORUM CONDITIONE APUD DANOS

**H**APNIAE sum. Qui nuper in Italia, deinde Pa-riisiis, mox apud Belgas, nunc ex urbe Daniae principe mitto epistolam ad vos, ut Vieillotum ve-strum ametis, veluti Ulixem alterum,

qui mores hominum multorum vidi et urbes.

At nostrarum causa viarum neque caritas reli-ciae Penelopis, nec laesorum est ira Deorum, sed, quae risum fortasse moveat legentium, prout in me movet adhuc, causa fuit. In Belgicis eram, unde scripsi; ut aliquid praesens auditu et visu indica-rem, inter operarios versabar, atque hos interrogaturus, ex condicto otiosos, affabos, poscebamus, blan-diebar, et nec bonis verbis, nec vino, nec cerevisiae parcebamus. Spumantia inter pocula veritas plerumque sedem invenit, et imo recondita pectore vinum saepe expulit arcana, venienti, descendente Baccho prae-bentia locum.

Iamque in eo eram ut ad mea redirem, atque in vaporitraharam statione horam pro abituri in Gal-liam, currusque exspectabam. Dum sedeo et nicotiano fumo operam do, ut negotium aliquod in otio ha-berem, assedit mihi proximus homo, iter aggres-surus et ipse, uti videbatur, hippoperam quippe manu gerebat. Qui otiosus et ille, ut negotiosus esset ad instar mei, nicotiana convoluta folia e sub-alari pera sustulit, iamque incendere parabat. Quid facerem? Amabam iam hominem politum moribus et veste, et (quod maximum erat) mei imitatorem

Flammiferoru-suam per innu-quaerit. Ille gratu-operarium abeu-Belgarum) in ill-comite gestiebam otii consilia a no-tem a descendentem

Hinc, qua fam-utimur: «Tune, que una erit igit-

» Danusne que

Tunc ego: « e diametro oppo-siquidem has fer-non utilitas affer-avis et machinatio-iurationis tantum riis (parcite, o car-quamquam... tunc nicotiano operam-bis operariis, dico

Haec ego bor-ille totus in me es-autumans illum vo-

Pol!; ceu pos-multis meis vocabu-monis accipiens in

Hinc, inter me colloqui modus. E-tonica sermocinati-bus hisce linguis distabat, quantum a sermone eloquium

Nutibus, verbis fractis, et confractis idem dicendi, et nil amicum intelligere omnia circum qua-tissima et proxima modum, quo sensu

Nescio utrum a-rint, quae intellexi; sua talia, quae ap-operariis Danis opti-stutitis, regulis prop-quietissimi vivant; mates...

Vobis nunc ven- et mihi sapientis esse Gallus sim, neque g-num putem, tessera-paravi, atque ita fe-pendio mihi comes e illi nostri colloqui-ad urbem hanc Hap-tetiae Parisiorum, no- et addi, et unam ur-meretur. Eximia en-humanitas, in publici domibus cultus, et i-gotiatoribus probitas caritas, et honor, et dior; dico quae aud-

Tagglfeinherfeher adamantino nomine cius, et nunc per poterit recte appelle inquam, me non in amicum provincialen-qui locatitia cubicula

aerisque inclem-  
tum fundamenta vir-

A. COSTAGGINI.

## CLARIORES

S. R. E. vice-cancellarius  
imiere in oppido apud  
Februarii MDCCCVI. Vir  
calens, ad romani an-  
usque muneribus ita est  
IX in concilium reno-  
vimo novam reipublicae  
it. Quibus perfectis, ad  
ntiam et studium suum  
ordinales cooptatus est  
iuniorum init, sed diaconus

Leodiensis, litterarum  
trinam cum pietate so-  
libus ornatae virtutibus

colai, Russorum Caesa-  
r; gutture haemorrhagia  
bi.

Australia correptus est  
ivo antiquitatis amore  
sibi comparavit, quid-  
averint.

natus Panormi anno  
li ingenium a natura  
s viarumque straturis  
deinde ad scalpendi ar-  
it de marmore vultus,  
magister perissimum,  
erit prosecutus.

C.

## PUD DANOS

Italia, deinde Pa-  
nac ex urbe Daniae  
Vieillotum ve-

que caritas reli-  
ra Deorum, sed,

ium, prout in me

icis eram, unde

et visu iudica-

hos interrogata-

poscebam, blan-

, nec cerevisiae

eritas plerunque

ore vinum saepe

que Baccho pra-

edirem, atque in

abituris in Gal-

deo et nicotiano

quod in otio ha-

no, iter aggres-

operam quippe

, ut negotiosus

luta folia e sub-

parabat. Quid

solutum moribus

nei imitatorem

Flammiferorum thecam promptus obtuli, dum ille suam per innumerias indumentorum suorum peras quaerit. Ille gratus accipiens gratias agebat; ego, qui operarium abeuntem (ergo stomachantem insana otia Belgarum) in illo animadverteram, tali meae viae comite gestiebam; novissima enim atque abdita illius otii consilia a non probante, vel a rebellante, et saltem a descidente socio rescrem.

Hinc, qua familiaritate viatores cum viatoribus utimur: «Tune, quaero, et excedis, o sodes? Utrisque una erit igitur via».

«Danusne quoque tu?», ille mihi retulit.

Tunc ego: «Tu Danus! Atqui ego Gallus. Via e diametro opposita utrius. Fortasse eadem causa; siquidem has ferias detestor, quas non consilium, non utilitas affert, sed obscura quaedam praecipit vis et machinatio, coniurantibus praecipuis, et coniurationis tantum capitibus profuturas; nobis operariis (parcite, o carissimi vos, mendaci semel in vita, quamquam... tunc et operarius ego eram, qui fumo nicotiano operam vehementissimam navabam), nobis operariis, dico, nihil, praeter damna, allaturas».

Haec ego bona dixeram fide, praesertim cum ille totus in me esset auditu, intentusque ora teneret, autumnans illum verba mea probe intelligere.

Pol! ceu postea novi, vix unum et alterum de multis meis vocabulis intelligebat; quinimo sensa sermonis accipiens impar erat reddendis.

Hinc, inter me et hunc, novus et pene ridiculus colloquii modus. Homini neque belgica, neque teutonica sermocinatio, sed quidam dialectus fere ambo hisce linguis extraneus, qui ab utrisque tantum distabat, quantum a Parisiorum vel Engolismensium sermone eloquium distat Armoricum.

Nutibus, verbis nostris, alienis, mutatis, mutilatis, fractis, et confactis loquebamur; utrique desiderium idem dicendi, et nil intentatum relinquendi, ut amicus amicum intelligeret; utrique herculeus labor, perque omnia circum quaequa indica, voces, nutus, remotissima et proxima quaeque, siqua putaremus datura modum, quo sensus verborum arriperetur.

Nescio utrum ad unguem nec ne prolata fuerint, quae intellexi; sed credo ipsum affirmasse domi sua talia, quae apud Belgas operarios, non esse; operariis Danis optime consultum esse legibus, institutis, regulis propriis, idoneis ut optime agant, et quietissimi vivant; proceres eius gentis, atque optimates...

Vobis nunc venit in mentem, venit in mentem et mihi sapientis esse mutare consilium, et, quum totus Gallus sim, neque gallicae indolis aliquid a me alienum putem, tessera, qua veherer in Dianam, comparavi, atque ita feci, ut ille Danus suo absque impedio mihi comes esset toto in itinere, quo hercule illi nostri colloquiorum labores producti sunt usque ad urbem hanc Haphniam, quae etsi eadem ac Lutetiae Parisiorum non est, tamen ad has aggregari, et addi, et unam urbem cum iis confidere profecto meretur. Eximia enim in viis mundities, in civibus humanitas, in publicis monumentis magnificentia, in dominibus cultus, et honestas, in vendoribus et negotiatoribus probitas et fides, in Vieillotum vestrum caritas, et honor, et dilectio. Nemini, nec ulli blandior; dico quae audio, video, et sentio.

Tagglfeinherfeher (nescio an recte scribam; hoc adamantino nomine meus ille amicus, in itinere socius, et nunc per urbem dux, appellatur, et qui poterit recte appelle, non ego), Tagglfeinherfeher, inquam, me non in publicum diversorum, sed ad amicum provinciale suum, et fortasse municipem, qui locatitia cubicula habet, adduxit, quocum locutus

est plurimis me commendans; atque inde in me curae omnium, quasi in fratrem. Semel ad prandium, bis ad coenam apud familiam hospitis invitatus sum, et mecum, ut prorsus laetarer convivis, etiam ille Tagg... et cetera, in mensa sedet. Quae mihi, non hospitibus reliquis fiunt.

Exiguum pro mensa, pro lectulo, pro cubiculo, pro mundo pretium, et quum abiero, quod serius quidem spero, redditurus recedam siccis fortasse oculis, corde tamen animo moerenti, et, quam proxime potero, redibo.

Iamque vobis molestus sum: Quid ad nos, dicitis certe, de tua ista rabie circumeundi, ambulator sempiterne?... Male beneficium, et probum hominem, et amantissimum vestri rependitis. Nam et vos itineris mei causa fuistis. Vos, inquam, quibus operariorum nefasta descripseram, et nunc, IO, TRIUMPH!, fasta scribo.

Absint ioci, et iocari absistamus. Tagg... ille et cetera fortasse omnia dixit suo more dicendi; ego certe hic ea video, hic intersum plerisque, quae nec esse arbitrabar, nec fore sperabam.

Quae legetis, haec vix decem abhinc annis parta et comparata sunt, et modo vigent, florentque, et fructus afferunt uberes.

Respublica primum, mox fratriae, societas, pecuniosi viri domus pro operariis exstruxerunt partim omnino locatitias tenui pretio, partim ita locatitias voluerunt, ut inter vicennium operarius propriam habeat sibi domum, pro qua singulis mensibus octo vel decem libellas persolvit.

Unaquaque autem domus duobus constat cubiculis ad somnos, uno insuper ad coquinam et coenam. A tergo et a fronte, agelli spatia sunt, quibus veluti viridarii et hortis habitatores utantur. Non superposita cubiculis cubicula, sed omnia disposita in ordinem; et quasi sui iuris sit unaquaque domus, libero uitio aere, libero sole, recreantibus et reficiuntibus ventis, quibus patent late spatiante fenestrae.

Octingentas sex ac tria millia domorum huiusmodi Haphnia iam habet; numerus autem de die in dies augetur; novae aedificantur quotidie. Singulæ autem huius generis domus septem aut octo millionum libellarum pretio aestimantur.

Quidam Classen fundum reliquit, qui habetur quadragies centum milibus libellarum. Annuo huius fructu nucleus domorum pro operariis exstruitur ad montem Friderici prope Haphniam; omnis nucleus vigintiquatuor, domibus constat ita exstructis, ut duabus tabulatis a solo eleventur, hortos ad faciem et ad tergum habeant, insuper sint penes omnes nucleos templum et habitatio pro ministro Dei, domus pro censore seu inspectore, schola, asylus pro pueris, balineum commune omnibus.

Neque posthabiti sunt senes, debilitati labore, vi-  
duae, orphani, innuptae operariorum.

Addite nunc scholas gratuitas, in quibus sacerdotes, iuvenes litterarum ludis vacantes, sapientes viri, praecceptores tum publici tum privati operarii assiduam libenter praebent, docentque operarios et filios horum statim horis, sive ad vesperas, sive ad meridiem.

Addite negotiatores, qui sua emporia, sua aedificia, ubi merx conficitur, ita constituerunt, ut operarii in tuto sint, bene habitent, et bene nutritantur.

Quin etiam, constituto aerario pro suis, exiguo ex tributo singulis mensibus retento, assem iam trices centum milium libellarum divitem Zythi officina ad montem Caroli confecit, quo cuivis operario, decem post annos laboris, pensionem donat; atque haec omnia super ea, quae iam diximus.

His et quampluribus, quae brevitatis causa praetereo, similibus, consultum est operariis tum in infirmitatibus, tum in adversis; atque his optima est pax, optima quies, qua tantum fruuntur bonis quae pax conciliat, consensus civium confert, atque auget quotidie. — Potuerunt hi et hi; cur nos non poterimus?...

Haec, o viri, non verba inania, placant populos, atque his tantummodo paci consuluntur. Qui enim bene se habet, neque mutationem sperat, neque ad civiles motus facile inducit, ne perdat ea quae pace et concordia civium parta sunt, discordia et bello peribunt.

Imitatores Danorum estote; utinam et omnes essemus quotquot e latino sanguine sumus! Sublata causa motuum civilium, cuvis Catilinae assurgentis idem Catilinae exitus pateret.

Et nunc dicam vobis quae optime sentio, at aequis non aequo verbis, ne meo quidem nativo sermone. Miror hanc Dianam, miror haec litora, quae tradit Tacitus fera et barbara, resonantia oceano turbulentissimo, turbinibus aestuantia ac procellis... Et haec olim vera fuere; nunc praeter ea, quae propria regioni sunt «septem subiectae trioni», nihil horridum, nihil insuetum ac nostris; quinimo ipse oceanus, quasi posita ferocia illa, conquiescit. Numquid naturae physicae leges moralis naturae legibus obediunt? Numquid rude caelum rudes sequitur mores, et mutatis moribus, caelum quoque ac terra mutantur? Plura sentio quam vocabula patientur. Vos considerate, quibus eloquentia est et sermo facilior, et haec ista mea, quae edere nequeo, declarate. Et valete, valete, prout ego valeo, quem nunc hospes famelicum ad coenam cibis refertam et dampibus fumigantem appellat!

Prid. kal. Aug. a. 1899, Haphniae.

A. VIEILLOT.

## ANNALES

Conventus de pace dimissio - Sinenses res - Italicorum cum Iaponensibus, Gallorum cum Americanis foedera - Ibericae perturbationes - Bellogradri de perduellionis criminis quaestiones - Regales nuptiae - Transvaalianae discordiae compositae? - Praeses reipublicae S. Dominici a sicario interemptus - Belgarum novi administristi - Apostolicus nuncius Lutetiis acceptus.

CONVENTUS de pace legati, concilio dimisso, Haga ex urbe discedentes, pactiones inter se institutas, ut a singulis qui per orbem nationibus praesunt ratae haberentur, ad tempus distulere; nec ipsae quidem rogationes, super quibus unanimis fuit consensus, haud statim confirmabuntur; sed trium mensium spatium statutum est, ut, si qua forte minor gens, quae sub tutela sit constituta, suam velit apponere provocationem, liceat a ceteris interponi.

\*

Ceterum, in praesens, bellorum omnium causae quae erant pertimescenda, abactae momento videntur; nam primum Sinenses cum Italia contentiones proxime compositum iri praenunciant, simulque a Belgarum rege negotiationem esse initam, ut alius portus Belgicis pateat, finitimaque provincia statuto pretio concedatur.

\*

Sinenses cum Iaponensibus interdum convenisse dicunt, ut validiorem defensionem, Iaponensibus duabus instructis, valeant contra Europaeos sibi comparare.

Sed a Iaponensibus insimul cum Italibz pactio est contracta de rebus commercio commutandis, binaeque italae naves ex Shanghai portu Tokio urbem proxime appellant, ut mutua laetitia statutam conventionem confirmant. Similia inter Gallos et Americanos accidisse novimus, qui postremi prospera omnia, ut eorum fortuna afferit, quotidie sortiuntur; Alger vero supremum rei bellicae praefectum foensi novo homine ipsis sufficere oportuit, et ad Philippinas insulas, quas omnino subigere difficillimum est, novas legiones novosque duces mittere.

Victi contra Iberi, novis dissensionibus quotidie laborant et seditionibus, quae in Betanzos et Almeriae civitatibus, atque Barcinonae praecipue exortae sunt; ubi immo, cum in portu adstaret visitationis causa gallica classis, Catalaunia libera seditiosis vocibus pluries est proclamata, quamvis, supervenientibus militibus, facile tumultus repressus fuerit. Lis etiam ac quaestiones de ducibus, qui ad S. Iacobum in Cuba, vel ad Manillam in Philippinis terra marique sunt victi, aguntur; strenua vero eorum, licet impos contra fortunam virtus, luculentior in dies apparat.

In Serbia tum Bellogradi, tum in reliquis civitatibus quaestiones de tentato Milani regicidio pariter habentur, neque tamen satis aequa mente videntur tot eximii viri perduellionis crimine accusati in carcere fuisse detrusi, quorum ferme asserta culpa quotidie ex testium attestationibus magis dubia infertur.

Proximis vero Nigrum-Montem incolentibus populis faustiora his diebus contigerunt, nuptiis inter Danilum principem, Nicolai filium, et Iuttam e Mecklemburgensi domo puellam splendide celebratis, quibus inter oblata dona equi duo arabici generis una simul cum gemmeo muliebri torque adamantibus micante a Turcarum imperatore missa adnumerantur; quod peculiaris in civitate benevolentiae signum habitum est.

Sed ad publicas res redeamus. Transvaalianae cum Anglia discordiae, nonnullis ex alterutra parte remissis, eo compositionis devenire videntur, ut belli minas omnes evanescere putandum sit: neque accepti de Krueger praesidis abdicatione nuncii sunt ullimode confirmati: quapropter ex hoc quoque discrimine civitatis illius libertatem incolumem evasisse gratulamur.

Ex americana insula Sancti Dominici infasta nuper vox insonuit, Ulixem Heureaux praesidem a quadam Raymundo Caceres, Moka in urbe, fuisse proditorie necatum. Sumnam rerum Figueiro dux, vices praesidis agens, pro tempore accepit; at dum seditionis pericula imminentia vocitantur, septentrionales foederatae civitates duas iam loricatas naves ad insulam miserunt, ut cives suos tuerentur civilemque concordiam forte restituerent. Ioannem Isidorum Jimenes defuncti loco iri suspectum passim affirmant.

In Belgica Smet-de-Nayer a rege advocatus novos delegit reipublicae ministros; Vandeneperboom enim eiusque collegae officio coram rege abdicaverant.

Lutetiis denique novus Pontificis legatus Benedictus Lorenzelli a reipublicae praeside solemniter simul ac comiter est acceptus, qui ad amicitiam cum Apostolica Sede tuendam sese paratum semper iterum est protestatus.

POPULICOLA.

### PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS

In Canada novae de suffragio ferendo legi a populi oratoribus adprobatae senatus obstitit. Hinc iuris dictoris discordiae; quas ad componendas Laurier, supremus minister, ut legifer extra ordinem conventus congregaretur, proposuit. Cum vero longe maior populi, quam senatus, oratorum sit numerus, facile innuitur senatum illorum voluntati acquiescere debere.

In Germania rogatio de iure dominii, quod litterarium vocant, a trigesita ad quinquaginta annos prorogando, a selectis ex publico coetu viris, qui eam expenderent, reiecta est.

In Iberia lex de publico alieno aere, post multa frustra agitata, tandem iussa est. Oratores ex Catalauniae provincia electi solemnem protestationem contra recentes seditiones patriae unitati adversantes, ediderunt. In senatu vero minus prudentibus verbis a Weyl duce hac de re prolatis, Dato minister quelibet contra legem admissa se firmiter vindicaturum respondit.

Denique recens reginae decretum publici legibus ferendis coetus sessiones intermisit.

SCRIBA.

### LIBRORUM RECENSIO

H. KRUSEKOPF. *De M. T. Ciceronis, quas post redditum ad senatum et ad populum habuisse fertur, orationibus.* — Utini, typis Ios. Vatri, 1899.

M. Tullius Cicero, cum pridie non. Sept. a. U. c. 697. P. Lentulo et P. Metello consulibus, exsilio, in quo secundum menses fuerat, Romam redisset, quatuor orationes in senatu, apud Quirites, de domo sua ad pontifices, de haruspicum responsis habuisse dicitur. Ac prima oratione senatu, altera populo gratias egit, quod se restituissent, tercia omnes intendit nervos, ut domus sua, quae, cum in exsilio profectus esset, a Clodio vi coactis hominibus deleta et Libertati consecrata erat, restitueretur, quarta denique apud senatum vehementer in Clodium invectus est, qui restitucionem domus sua a senatu concessam omni pacto impediare studebat.

Quibus quatuor orationibus, superiore demum saeculo, duce Ieremia Marklando, britanno viro, in dubitationem vocatis, H. Krusekopf rursus de duobus primis disquisitionem instituit et externis, quae vocantur, *argumentis*, quibus fides orationum confirmaretur, et *internis rationibus* innixus, quibus homines erudit in eam adducti sint sententiam, ut non esse germanas has orationes arbitrarentur.

His igitur attente diligenterque persensis, cl. scriptor in hanc sententiam adductus est, orationem priorem post redditum in senatu de scripto habitam et editam esse ex ipsius Ciceronis scriptis; verisimillimum autem esse etiam orationem ad Quirites post redditum cum habitam, tum scriptam et editam. Cum vero laudatae sint Ciceronianaeque lectitiae haec orationes una cum posterioribus duabus *pro domo sua et de haruspicum responsis* a multis scriptoribus veteribus, cumque idem Krusekopf sibi persuadere non potuerit, eos a declamatore quadam esse deceptos, orationes ipsas easdem esse se censere affirmat, quas Cicero a. 697 a. U. c. ad senatum et apud Quirites habuerit.

Docti in libello hoc et intelligens rerum aestimatio, et, quamvis ex re ipsa astrictum et contractum, limatum tamen latine scribendi genus.

FRANCESCO CHIMINELLO. *Il verbo francese coniugato con un metodo didattico nuovo, facile e razionale.* — Edidit Novocomii D. Grossi, 1899.

Franciscus Chiminello id sibi proposuit, ut italicarum, latinarum, gallicarumque litterarum studium una eademque via in discendi ludis simul procederet; hinc grammaticas leges rei accommodatas de singulis iis sermonibus dedit, ac veluti specimen opusculo collectas ad nos, quae ad *gallorum verborum coniugationem* spectant, misit. Nobis vero, et incepimus plane laudantibus, dubium est ne ratio in sex classes verborum genera apud Gallos dividendi, a communi sententia aberrans ac nimis ardua ut pueri mente capiant, usu probetur.

I. F.

Mons. GIAMBATTISTA LUGARI. *L'anfiteatro Flavio rivendicato ai martiri.* — Romae, ex officina Vaticana; 1899.

Io. Baptista Lugari, vir antiquitatis doctrina in Urbe clarus, coram Pont. Academia Archeologica romana sermonem habuit, quem typis edidit, veritatis insignem, doctrina decorum, stilo brevem, sapientia uberem. Isque in eos est, aut fallor, qui Romanam Ecclesiam quoniam testimonio luculentissimo martyrum suorum penitus exponere non possunt, extenuare tamen conantur, et, si miriadas horum ad millia reducant, quasi pars Victoria magna laetantur. Hac illustri sermocinatione demonstrat orator egregius nullum esse Urbi amphitheatrum praeter Flavium de quo dicatur quoties in *Actis martyrum* de amphitheatro mentio fiat sine indicatione *Statili Tauri*; idque plurimis probat. Qua de re ingens continensque martyrum caedes atque triumphus nusquam querendus, quippe circa Neronis annos Statilium igne combustum est, nec ultra instauratum.

Pollicetur in supremis versibus egregius orator se rursus de re verba facturum, quae nos cupide exspectamus et audienda et legenda; atque ut cito sint flagitamus.

H. P.

### AENIGMATA

I. (*Vulgo Rebus monoverbum*).

|       |       |       |
|-------|-------|-------|
| R E S | R E S | R E S |
| R E S | R E S | R E S |
| R E S | R E S | R E S |

II.

*Si prius imbre volat conspersum, posterius fit.  
Omnis et ipsa volat saepe sub aethera res.*

C. A. MELANDER.

*Ex sociis qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet:*

DIVI THOMAE AQUINATIS

*Summa philosophica contra gentiles*  
ad lectionem codicis autographi in bibl. Vaticana adserati probatissimorum codicum meliorisque notae editionum fideliter impressa.

Aenigmata ann. II, n. XII proposita his respondent:

1. A-via. 2. Ius-tus.

Ea rite soluta miserunt:

Ed. Bianco; Fr. Xav. Reuss, Roma — Nic. Stella, Auxano — Guil. Schenz, Ratisbona in Bavaria — Ios. Capovin, Montebello Vicentino — Princ. Gordon, Mancunio — Ad. Artioli, Ferraria — Caes. Meucci, Neapol — P. Garrone, Vercellis.

Sortitus est praemium:

PRINCIPAL GORDON,

ad quem missum est opus, cui titulus:

L'ÉGYpte  
SOUVENIRS BIBLIQUES ET CHRÉTIENS  
par M. JULLIEN.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex Officina Forzani et Socii.

## PER ORBEM

Fulmina, incendia, terraemotus, explosions ceteraque huiusmodi quindenorum dierum praecipua recolenti hodie occurunt. Omnia autem longe maxime pertinenda mihi videntur, quae ex Asiae atque Africæ litoribus de **pestis clavigibus** ad nostras aures pervenerunt. Temporis enim aestus torridique calores quibus, dum ubique, et in septentrionalibus potissimum tum Americae tum Europæ terris, homines vel ictu solis necatos audimus, facile mihi suaserunt morbi tetterimi contagium, nisi tot gubernantium cauteles coercentur, ad nostras usque terras posse transferri. Bene equidem nobis, si eadem quae in Pacifici Oceani oris acciderint! In insulis enim Reunion lues suo veluti in imperio regnat, et Sancti Mauriti incolas frequentissima morte caedit. In Indianum orientalium anglicis provinciis, Poona urbs haud impari crudelitate plectitur, ut a civibus suis in fugam versis deserta iam pene sit. In Sudan Aegyptiana provincia etiam morbus hucusque perfide latens, sese repente revelavit, atque exercitus inibi coactos aggrediens, anglos afrosque milites, nulla distinctione, multos confecit.

Ex longissime denique dissitis Sinensium oris, a redeuntibus navigiis similia enarrantur; *Saxen* enim germanica navis ex Hong-Kong rediens, infandum illum morbum vehementissime civitatem affligere nunciavit, ipsaque die, qua navis vela solvit, magnam hominum manum pestilentia fuisse correptam.

¶

Sed germanicos illos nautas non ea tantum de causa, quod a morbo immunes evaserint fortunatos reputavi; sed etiam quod **piratarum ferociam** vitaerint, qui paucis post diebus, ipsius Hong-Kong in litoribus, Lusitanorum aliam navem aggressi, nautam interfecerunt, et comitem eius vulnerarunt: quod vero et alteri ipsorum navi similiter contigit prope Mauritaniae oras; navis a Mauris inopinato supervenientibus vix, favorabili spirante vento, potuit celeriter aufugere.

¶

Haec inter pariter in Sinensium mari prope Wei-hai-wei adversam fortunam anglı etiam classiariori experti sunt, quorum loricate navis, cui Bonaventura nomen, inopinato fundo haesit, quamvis brevi iterum soluta, levibus acceptis detrimenis, iter pergere potuerit. Non idem vero iaculae naviculae Adler apud Torcola insulam in Adriatico mari evenit; quae, explosa repente candens aquae cortina, ducem et classiarioris quinque vulneratos vidit, atque in portum sese recipere debuit, ut disiecta membra instaurarentur. Similiter et apud Portsmouth aliud huiusmodi naviculae contigit, in qua, ob machinae cylindrum effractum, novem classiarioris necatos et quatuor vulneratos conquerimur.

Neque his satis: nam et Danubius et Volga, maxima Europæ flumina, huiusmodi navalia in fortuna exactis diebus compararunt. In Volgae enim aquis mercatoria navis cum inter densissimas nebulas vectoriae cuidam occurisset, eam demersit una cum omnibus viatoribus, quorum ad quadraginta usque misere perierunt: in Danubio vero navigia duo petroli cadis onusta, prope Czerson urbem, repente incensa sunt, ac nautae duodecim voracissimis flammis sunt adusti.

¶

Aequorea hucusque recoluiimus, nec tamen **terrestria incendia** minus gravia contigerunt. Buda urbs prima hungaras ferreorum tramitum

horrearias ac mercatorias aedes vidit igne consumptas, ad quem immo extingendum audax vigilum virtus impo omnino evasit. Nam quae praecipue tum acrum potum, tum petrolei ceterorumque igneorum spirituum vasa inibi erant coacervata, tantam flammis escam addiderant, ut aquae fistula ad eas coercendas satis magna nulla praesto esset. Quod vero Budae infortunio acciderat, Lipsiae aliquot iuvenum dolo excitatum accepimus, qui post exactam in crapulis noctem, ebrietate superveniente ad iurgia usque et rixas commoti, loco, in quo convenerant, iactatis inter luctas facibus, ignem submiserunt. Tunc vero ipsius admitti facinoris magnitudine exteriti, in fugam conversi sunt, sed plures prope Schemnitz correptos, atque in vincula traditos esse dicunt, qui merita poena afficiuntur. Marburg autem, et ipsa germanica urbs, haud imparet eadem miseranda sortita est, atque ex suis dominibus quinquaginta igne absumptas conspexit. Sed vetustissima Teutonici equestris ordinis arx, quae prope urbem adhuc stat, vix potuit ab igne servari. In Algeria denique, in Bonae provincia, inter Oued-el-Aueb et Edough opp'da, densissimae ac latissimae silvae flammis deletae sunt.

¶

Incendiis fodinarum **explosiones** superadundunt, quas inter praecipua in septentrionali Americae republica Pensilvania apud Brownsville contigit, ubi, igniti aeris effusione inopinato incensa, fodinae cuniculum disiectum est, atque sexaginta operarii ruinis obruti sunt.

¶

Interdum ex ipsa America **operariorum seditiones** vehementissimae nunciantur, quae Neo-Eboraci praesertim inter publicarum venum aurigas sunt excitatae. Neque clamorum tantum vel comitiorum inutilia gesta a seditionis turbis perfecta fuerunt, sed ad civilem pugnam per vias civitatis quodammodo ventum est, plurimique currus, ignita pulvere subiecta atque dolo incensa, fracti sunt et disiecti, propugnacula in viis exstructa, proeliaque ex eis et ex fenestris domorum cum vigilum cohortibus lapidibus, mucronibus ac ignitis ballistis inita, usquedum manu militari seditione placata, ad aequam cum tumultuantibus aurigis compositionem devenire licuit. Ex Austria de fabris murariis, ex Germania de gerulis similia audivimus, quorum primi Vindobonae, alteri Berolini, ab opere recentes, oportuit vi coercere, atque ad operam reducere.

¶

His denique aquarum **inundationes** sunt adiiciendae, quibus tum in Americana republica Texas, tum in Argentina miseros agricolas afflictos videre est, qui repente domus, sata, pecudes, et nonnulli etiam liberos atque uxores, dirupta ab undis atque necata viderunt.

¶

Et post haec, hilares sumite dies: hac illac enim satis, heu quot inter lacrimas!, cursitamus.

VIATOR.

## VARIA

### Quid in russis vaporitrahis pro Deo.

In curribus, qui vapore trahuntur per ferreas vias, multa utilia, multa commoda, nonnulla etiam voluptuaria habentur apud Americanos et Anglos. Sunt lectuli, sunt bibliothecae, sunt coenacula,

sunt aedes ad colloquia, ad potionem, ad ludos. Parva, sed optima et culta civitas habenda est series illa carorum perpetua. Russi, quod adhuc deerat, addidere; carrum nempe ad sacellum, seu oratorium, habentem altare, candelabra, tabulam sacram, sacerdotem, aeditem clericum, omnia denique, quod satis esse possint Christiano iter facienti veluti in navi. Hi omnes pro sacro, cui addicuntur officio, stipendia merent, habentque non a viatoribus, sed ab ipsa Societate, quae ferro stravit vias, et industrias vaporitraharum exercet. Recte fecerunt; iam enim illic homines ire, non insiae et immemores Numinis bestiae, qui-bus tantum religiosis carere fas est. Hoc enim, religione scilicet, praecipue a brutis distamus.

\*

Quae amittantur facilius in singulis regionibus Europaeis, ita enumerantur: Galli præteris amittunt umbellas; Angli tibialia; Germani vascula ad nicotianas frondes comburendas, itemque animalia condita balsamis; Itali perulas coriaceas pro chartis nummatis, vel nummis. Qua de causa haec potius vel illa?

\*

### Lepidum repertum.

Medico cuidam, quae gutturi sunt, ea probe callenti, mirabiles visi sunt meridionales homines bono vocis sonorae dono fere ad unum fruentes. Hinc scrutari communem communis effectus causam. Diu meditata tandem illuxit causa in cirtinis, assyriis et medicis malis, quibus præ norodicis populis, non enim exiguo praesto sunt iis, meridionales gentes utuntur tum potionem, tum esu.

Quid autem vocalibus gutturis chordis mage inimicum præ cerevisia, zytho et cel'a, queis passim septentrionalis regionis incolae utuntur?

Hinc medicus idem cantores iubet ab hisce recedere, et se penitus credere malis assyricis, citricis, sinensis et medicis, si recte vocem colere, et canere cupiverint.

\*

### Ioci.

#### Vinosa deambulatio.

Papebrochius, quo nemo carior Baccho, et cui nemo Baccho carior, in Burgondophorum incidit, dum forte urbe it. Tum simul deambulare coepunt; at, quoties cauponam suspiceret, Papebrochius hortabatur et rapiebat amicum: « Intremus; hic trimum venale vinum est! » Intrabat. Ultrem dum gradiuuntur, Papebrochius: « Ingrediamur; hic horna vina, digna caelestibus! » Alibi: « Ne praeteremus; hic mirificum! » Etiam ultra: « Non licet abire; helvum hic suavissimum! » Ultra etiam: « Hic morandum; aureum, exsiliens, e Tusculo vinum hoc, quod, si gustaveris, aeternum vives! »

Brevi modo quia Labicanum, modo quia Viterbiense, modo quia Siculum, modo quia dulce, modo quia Sardinense, modo quia ut matre natum, vel defrutum, aut lene, aut asperum, nulla erat statio ad singulas hederas, in qua phiala vitrea non peteretur, et, Burgondophoro semper solvente pretium, gratis lurco ille parasitaster bibebat.

Iam inde Burgondophorus comitis avaritia stomachabatur. Denique, tolerare impos, invanti respondit: « Duc me ad cauponam, in qua solvas, et ego gratis bibam semel. »

« Non est in urbe! », Papebrochius impudens inquit, atque dimisit.

P. D. V.

# T. G. FRATRUM PARISI Candelarum ad Sacra Opificium praemiis insigne

AB ANNO 1829 CONSTITUTUM



\* ROMAE in ITALIA \*

Singulis in artium recognitionibus publice habitis  
maxima relata munera

Leo PP. XIII honores addidit

Lateranensi Archibasilicae, itemque Vaticanae, quoties de Beatificatione aut de Canonizatione  
solemne sit, suppeditat.



Nullo impendio iubentium res in proximiorem a potentibus designatum portum defertur.

Gratuito pariter, quae mittuntur, arca asservantur.

Cuivis quaerenti explicatio erit uberior.



In Foro Campi Martii, 6



Praecipua Templa cereis instruit ubique terrarum. In Asiam, Africam et urbem Constantiopolim mittit ingentia rerum huiusmodi pondera, pretio *francs* 180 pro singulis 100 Chilogramm.

Si vero ab America aut ab Australia petantur onera (300 Chilogramm. *ad minimum*), pretium erit 200 pro 100 Chilogramm.



J. S. LEONE XIII 1893



FIGURAE URBIS ROMAE  
ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE  
COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO  
Veneunt apud comm. VOX URBIS Administrationem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 × 0.24)

qui ad socios commentarii VOX URBIS dono datur,  
venit singillatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS Administrationem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA  
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

LE LAUDI LATINE  
E  
IL CANTICO DEL SOLE  
DI  
SAN FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praeftiunculam a Paulo Sabatier viro rei longe peritissimo conscriptam, continentur laudes latine cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, necnon illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime alii subsequent ad parvam Bibliothecam Franciscanam comparandam, *Iulius Salvadori*, litteris tradendis doctor egregius, maxima editid cura. Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administrationem venit L. 0.50, in pauperum levamen.

PHILIPPUS VITI EQUES  
MARMORARIUS

ROMAE — Via Alessandrina, N. 51 e 52 — ROMAE

AFFABRE SCULPIT QUAE SUNT  
AD SIMULACRA, ALTARIA, SACELLA  
AEDICULAS

uti patet ex operibus erectis ac refectis  
in Basilica Lateranensi,  
Liberiana, Laurentiana extra muros, Transtiberina,  
Eudoxiana, etc.

H. GRISAR

Storia di Roma e dei Papi nel Medio Evo

(Traduzione dal tedesco)

Pars I (Tria Volumina):

ROMA SUL FINIRE DEL MONDO ANTICO

Veneunt Lib. 20

Apud DESCLÉE, LEFEBVRE & SOC.

**VOX URBIS**

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS  
ROMAE - Via Alessandrina, 87.

MONITUM

Eorum omnium, qui in posterum inter commentarii socios  
recenseri volent, subnotatio fieri potest a kalendis Iuliis.